



# BOLETÍN DEL CLERO

DEL

# OBISPADO DE LEÓN

## CIRCULAR N.º 3

El mes de Octubre se acerca. La piedad cristiana le designa con el nombre de mes del Rosario porque en él se celebra la festividad de María Santísima con tal advocación, festividad que conmemora uno de los hechos mas gloriosos para la historia patria y más trascendentales para la civilización europea.

Desde que el gran Domingo de Guzmán nuestro compatriota recibió de manos de la Santísima Virgen la insignia misteriosa del Santo Rosario con la que triunfó de los albigenses, puede decirse que ha sido y es la devoción más conocida y más practicada del pueblo cristiano. Suprimid el Santo Rosario y la gran mayoría de la gente sencilla no sabrá que rezar.

En estos tiempos en que el indiferentismo religioso explotado por la incredulidad socialista y masónica cunde por todas partes, pervirtiendo las costumbres y causando la ruina de muchas almas, el Sapientísimo León XIII de imperecedera memoria movido por inspiración del cielo levantó la gloriosa insignia del Santo Rosario para alentar á los católicos en la gran lucha que la fé viene sosteniendo contra la herejía, y la moral evangélica contra el desorden de las costumbres, y en magníficas encíclicas llenas de doctrina y de unción evangélica no cesa



anualmente de descubrir los orígenes de los males presentes, señalando á la vez sus remedios en las enseñanzas prácticas que se contienen en los misterios del Santísimo Rosario. Para estimular más y más á los pueblos cristianos, abrió los tesoros de la Iglesia concediendo indulgencias ya plenarias ya parciales á los que practicasen tan hermosa devoción, manifestando á la vez su deseo de que ya se restableciesen, ya se instituyesen hermandades y asociaciones del Santísimo Rosario, y de que ora en público, ora en privado, en el templo y en las calles el cántico del Santísimo Rosario fuese la alabanza bendita que ahogase el grito horrendo de la blasfemia, la voz de guerra lanzada contra los ejércitos de Satanás, la oración fervorosa, en fin, que alabando á María nos alcanzase por la intercesión de tan poderosa Madre la conversión de los herejes y pecadores y el reinado social de Jesucristo que es el verdadero triunfo de la Iglesia.

Abundando N. S. P. el Papa Pio X en los sentimientos de devoción y de amor que animaran á su ilustre predecesor ha confirmado todas las gracias é indulgencias por aquel concedidas ó sean indulgencias de siete años y siete cuarentenas á los que asistan durante el mes de Octubre al rezo público del Rosario, ó, si no pudieren lo recen privadamente rogando según las intenciones del Sumo Pontífice, é indulgencia plenaria á los que asistan á la Iglesia, ó, estando impedidos, recen en casa el Rosario, siquiera diez dias; con tal que confiesen y comulguen dignamente. Dispuso también S. S. León XIII que durante el mes de Octubre se añada al rezo del Santo Rosario la oración á S. José casto esposo de María, dictada por el mismo Padre Santo, enriqueciéndola con indulgencia de siete años y siete cuarentenas cada vez que devotamente se rezare.

Sabemos que en nuestra amada Diócesis está muy generalizada esta práctica de devoción; consideramos, sin embargo, de nuestro deber no solo el confirmarla sino también el fomentarla. A este fin hemos tenido á bien acordar lo siguiente:

1.º En todas las Iglesias parroquiales se practicará el ejercicio piadoso del Mes del Rosario procurando los Sres. Curas que se recen las tres partes del mismo, la primera por la mañana durante la Santa Misa, la segunda á medio dia ó por la tarde y



la tercera por la noche siguiéndose después de esto el ejercicio del mes. Facultamos á los párrocos para que puedan solemnizar este culto con la exposición y bendición del Santísimo Sacramento.

2.º Deseamos que se instituyan en las parroquias, donde no lo estén, la hermandad ó la asociación del Santísimo Rosario ó la del Rosario viviente para que no haya un momento en que deje de alabarse á María Santísima con esta devoción. Nos será también muy grato que además de celebrarse con la solemnidad posible la festividad de Nuestra Señora del Rosario salgan procesionalmente por las calles las Cofradías del Santísimo Rosario todos los días del mes de Octubre ó por lo menos todos los Domingos de dicho mes ya á la aurora, ya por la tarde ó por la noche.

3.º Disponemos que en todas las Parroquias se rece todos los años diariamente y con mucha devoción el Santo Rosario por los Curas á la hora que juzguen más oportuna para que asista el mayor número de fieles, y solo en caso de enfermedad ó de incompatibilidad con otro acto del ministerio parroquial que no pueda diferirse, podrán los Curas delegar este cargo en otro Sacerdote ó en algún ministro de la parroquia, debiendo asistir á dicho acto piadoso los Sacerdotes inscritos en las parroquias, los ministros y dependientes de las mismas y también los seminaristas, para que todos á la vez que atiendan á su santificación propia, edifiquen á los fieles con su ejemplo.

Esperamos de nuestros amados cooperadores en la santificación de las almas que congregando en torno de la Santísima Virgen á sus feligreses eleven con ellos á la Madre de Dios, Trono de la Misericordia y de la gracia tan Santa y eficaz oración en la confianza de que Ella, no se hará sorda á nuestros clamores, antes bien derramará sobre nosotros los torrentes de la Gracia y de la Misericordia Divina en estos tiempos tan necesitados. «*Adeamus cum fiducia ad Trhonum gratiae ut misericordiam consequamur et gratiam inveniamus in tempore oportuno.*»

Para mayor estímulo concedemos 50 días de indulgencia á todos nuestros diocesanos por cada vez que recen una parte de Rosario durante el mes de Octubre.

León 23 de Septiembre de 1905.

† JUAN MANUEL, Obispo de León



## COLLATIONES MORALES PRO MENSE OCTOBRIS

### 1.<sup>a</sup>

An impedimenta matrimonii dispensari possint.—An Papa dispensare possit in omnibus dirimentibus.—An in aliquibus possit etiam Episcopus et qua potestate.

### 2.<sup>a</sup>

An requiratur causa ad valide et licite in matrimonii impedimentis dispensandum.—An peccet Papa si absque causa dispenset.—Quoenam sunt causae justae ut in impedimentis dirimentibus dispensetur.

### Casus

Cajus et Berta, matrimonium secum inire cupientes, a Papa humiliter postulant dispensationem impedimenti secundi gradus consanguinitatis, quo obstricti sunt; tamquam causam allegant, praeter angustiam loci, quae falsa est, excellentiam meritorum ex eo provenientium quod oratores in quibusdam piis sodalitatibus inscripti sunt. Dispensatio conceditur cum clausula *si preces veritate nitantur*.

¿Quid de validitate hujus dispensationis?

### Quaestio liturgica

Quando et quomodo oratio de SS. Sacramento exposito in missa fieri potest et debet.

### 3.<sup>a</sup>

Quae sit materia sacramenti matrimonii = Quae ejus forma. = Quis minister. = Quis subjectum. = An haeretici valide contra-hentes hoc sacramento muniantur.

### 4.<sup>a</sup>

Quinam sint matrimonii effectus. = An matrimonium dissolvi possit quoad vinculum. = An conjuges cohabitare teneantur. = An sint causae, propter quas licite separatio fiat absque iudicis interventione.



*Casus*

Petrus, sacramentalem peragens confessionem, manifestat esse matrimonio copulatum, tamen cum Teresia, uxore sua, non cohabitare propter frequentes rixas inter eos ortas; et etiam quia dubitat de validitate matrimonii, nam in ejus celebratione nulla verba a parochio assistente prolata sunt. Joannes confessorius validitatem matrimonii asserit et Petro imponit obligationem ad cohabitationem redeundi. Rectene se gessit Joannes?

*Quaestio liturgica*

Quis potest orationem in missa dicendam imperare et quando dicenda est?

---

**Sagrada Congregación de Ritos**

---

*Sobre culto de las entrañas de San Francisco  
que se conservan en Asís.*

Quaestioni olim agitatae, postea sopitae, nuperque iterum excitatae super praecordiis S. Francisci Assisiensis, quae Assisii in Ecclesia S. Mariae ab Angelis nuncupatae, religiosi custodiri alii affirmant allata etiam vetusta Ordinis Minorum traditione; et alii negant vel in dubium revocant: Sacra Rituum Congregatio in peculiaribus Comitibus ad Vaticanum habitis die decima sexta elapsi mensis Maii, proponente Emo. et Rmo. Dno. Cardinali Francisco Segna Causae Relatore, omnibus ex utraque parte ad rem deductis argumentis atque documentis, discussis accurateque perpensis, attento etiam voto Commissionis Historico-Liturgicae, atque audito R. P. D. Alexandro Verde Sanctae Fidei Promotore, ita respondere censuit: «Imposito partibus de hac re contendentibus et disputantibus magno silentio, quaestionis praecipuae resolutio differatur, manente interim in sua possessione enunciata traditione. Si quid autem novi pro una vel altera sententia in casu reperiatur, Sacrorum Rituum Congregationis examini et iudicio erit subiiciendum; nihilque edendum nisi de ipsius sacri Consilii expressa atque scripta licentia.»

Quas resolutiones, Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi



Pro-Praefectum relatas Sanctitas Sua ratas habuit, probavit atque servari mandavit.

Die 24 Maii 1905. — A. Card. TRIPEPI, *Pro-Praef.* — L. ✠ S. † D. PANICI, Archiep. Laodicen., *Secret.*

## SAGRADA CONGREGACION DE INDULGENCIAS

*Indulgencias que se conceden*

*á los que practiquen doce sábados ó domingos primeros de mes en honor de la Inmaculada Concepción.*

Rmus. P. Dominicus Reuter, Minister Generalis Ordinis FF. Min. Conventualium, nuper exposuit, se anno quinquagesimo mox expleto, ex quo dogma de Inmaculato Bmae. Virginis Conceptu proclamatum est, veterem praxim, fere oblivioni datam, revocasse, exhibendi nimirum peculiarem cultum Virgini Deiparae singulis primis cuiusque mensis sabbatis, in obsequium tam singularis privilegii intuitu meritorum Christi eidem Virgini collati, quam piam praxim f. r. Clemens XIV litteris aplicis. d. d. 10 Iunii 1774 indulgentia biscentum dierum iam ditavit, acquirenda a christifidelibus, qui memoratis, sabbatis praefati Ordinis ecclesias adivissent.

Porro quum tam laudabile exercitium, nunc denuo propositum, vehementissimo cordis affectu chistifideles sint prosequuti, ne huiusmodi tepescat pietas, sed imo ferventior in posterum evadat, idem Minister Generalis humillimas preces SSmo. Dno. Ntro. Pio PP. X admovit, ut chritifidelibus, qui singulis primis sabbatis, vel etiam dominicis, haud interruptis, infra spatium duodecim mensium sacramentali poenitentia rite expiati sacraque mensa refecti, sive precibus, sive quoque meditationibus ad honorem Virginis absque originali macula concepta aliquandiu vacaverint, simulque ad mentem Sanctitatis Suae oraverint plenariam indulgentiam, defunctis quoque applicabilem, memoratis sabbatis vel dominicis lucrandam, tribuere dignaretur.

Sanctitas vero Sua, votis Rmi. P. Ministri Generalis obsecundare exoptans, ut erga Dei Matrem magis foveatur fidelium religio, in omnibus pro gratia iuxta preces benigne annuere dignata est. Praesenti in perpetuum valituro. Contrariis quibuscumque non obstantibus.



Datum Romae e Secretaria Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, die 1 Iulii 1905.—  
A. Card' TRIPEPI, *Praef.*,—L. ☩ S.—† D. PANICI, Archiep. Laodicen., *Secret.*

II.

*Importante decreto revalidando las imposiciones mal hechas del escapulario del Carmen.*

BEATISSIME PATER:

P. Praepositus Generalis Carmelitarum Discalceatorum ad Sacrorum Pedum osculum provolutus, exponit S. V. non raro contingere ut christifideles, qui ad Coftem. B. M. V. de Monte Carmelo admitti postulant, invalide recipiantur, tum ob omissam nominum inscriptionem, tum ob aliam causam. Ne itaque praefati christifideles gratiis et privilegiis memoratae confiti, concessis inculpatim priventur, Orator S. V. humiliter exorat, quatenus recepciones ad eandem confitem, quacumque ex causa usque ad hanc diem invalide peractas, benigne sanare dignetur.

Et Deus, etc.

S. C. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita, utendo facultatibus a SS. D. N. Pio PP. X, sive specialiter tributis, petitam sanationem benigne concessit. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. C., die 28 Iunii 1905.—A. Card. TRIPEPI, *Praef.*—*Pro-Secrio.*: IOSEPHUS, M. Cancus. CONSELLI, *Subtus.*

III

*Indulgencias á los Cofrades del Inmaculado Corazón de Maria*

URBIS ET ORBIS

Plures extant per Catholicum Orbem diffusae piae sodalitates sub titulo Sancti et Inmaculati Cordis Mariae, quae peculiarem finem sibi praestuunt, deprecandi Beatam Virginem pro conversione peccatorum. Immo apud quasdam earum etiam laudabilis praxis inolevit semel in mense coadunandi Christifideles in propriam ecclesiam vel publicum oratorium, ut per unius



horae spatium ferventiores effundant preces Deiparae Virgini ad eundem finem instantius assequendum Cui quidem pietatis exercitio magis fovendo s. m. Pius IX indulgentias, tum plenarias, tum parciales per Apostolicas Litteras datas sub die 12 Maii 1876 adnexuit

Modo vero ad religionis incrementum et ad animarum salutem validius obtinendam SSmo. Domino Ntro. Pio Papae X, preces humillime prorrectae sunt, ut ad praefatum pium exercitium, sive publice in ecclesiis illud locum habeat, sive privatim a quolibet ex Christifidelibus peragatur, easdem indulgentias benigne extendere dignetur.

Porro Sanctitas Sua, cui nihil potius est, quam ut Christifideles, opitulante Inmaculata Virgine Dei Matre, a Divina Bonitate obtineant, ut homines e via perditionis ad salutis tramitem reducantur, has preces peramanter excepit, et in Audientia habita die 12 Aprilis 1905 ab infrascripto Cardinali Praefecto S. C. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, sequentes indulgentias semel in mense lucrandas, in perpetuum clementer elargita est, nimirum: 1.º plenariam Christifidelibus, qui supramemorato exercitio in ecclesiis seu publicis oratoriis peracto iuxta methodum ab Ordinariis locorum approbandam devote adstiterint, vel etiam privatim eidem piis exercitationibus cuiusque arbitrio relictis vacaverint, simulque uno, quo cuique placeat, infra mensem die, rite confessi ac S. Synaxi refecti, in Ecclesia vel publico sacello iuxta mentem eiusdem Sanctitatis Suae oraverint; 2.º septem annorum totidemque quadragenarum eiusdem Christifidelibus si, corde saltem contriti, supradicta pietatis opera praestiterint. Quas indulgentias eadem Sanctitas Sua animabus igne Purgatoriis detentis fore applicabiles declaravit Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis die 14 Aprilis 1905 —A. CARD. TRIPEPI, *Pro-Praefectus*.—  
Pro R. P. D. PANICI, Archiep. Laodicen., *Secret.*: IOSEFUS, M. CANCUS CONSELLI, *Subtus*.